

adhibendam instrumento, cui alioqui iure fides adhibenda est, quamvis non appareat protocollum: & hanc sententiam in praxi admittendam fore, & hactenus receptam esse, quod ex dictis ibi verissimum puto, quicquid aliter declaret Mafcardus de probationibus, tom. 2. conclus. 918.

- 12 Limitatur nunc prædicta doctrina, & resolutio communis, ut ita demum instrumentum probationem plenam inducat, si Notarius sit omni exceptione major: quod necessarium est, ut ejus instrumentis plena fides adhibeatur, l. optimam, in fine, C. de contrahenda, & committenda stipulatione, l. si quis ex argentariis, §. quidem in ff. de edendo. Baldus in consil. 402. in princ. vol. 5. Surdus multis confirmans in consil. 6. n. 1. lib. 1. ubi n. 2. cum aliis Authoribus adnotavit, quod instrumentum redditur suspectum ex qualitate scribentis, ut quia alias fecerit scripturas falsas, qui illud composuit, vel ex qualitate scripturæ, vel ex persona producentis, item ex vicio visibili: ideò instrumentum factum à Notario suspecto non probare, Glossa in l. jubemus, C. de probationibus, Bald. Alex. & Ruinus, quos recenset ipse Surdus dict. consil. 6. n. 3. & per totum consilium, latè, atque eleganter agit, utrum instrumentum probet, vel de falso suspectum sit, quando Notarius fuit condemnatus de falso in officio, vel extra officium, & an ex falsitate unius instrumenti resultat suspicio falsitatis respectu aliorum instrumentorum; de quo erit etiam videndus, & summè notandus Fulvius Pacianus de probationibus, lib. 2. c. 22. per totum, fol. 78. ubi latè id proposito scribit, & plures casus distinguit.
- 13 Secundò limitatur, ut ita demum plenè probet instrumentum publicum, si verisimilia contineat, instrumentum namque non continens verisimile, suspectum præsumitur, & falsum, & non probat, Baldus in l. scriptura, n. 6. C. de fide instrumentorum, Felinus in cap. auditis, num. 23. in fine, de prescriptionibus, & cum multis Craveta in consil. 134. versic. octava suspicio. Cephalus in consilio 287. n. 25. vol. 2. Mafcardus de probationibus, tom. 2. conclus. 913. per totum, & conclus. 740. n. 35. & 36. & alios plures sciens, consulto que prætermittit, enim referam eos.
- 14 Tertiò limitatur, ut non probet instrumentum, si interlineatum sit, quoniam tunc suspectum est, nisi Notarius faciat mentionem in subscriptione. Bartolus in l. prima §. & ideò ff. de his que in testamento delentur, & cum Socino, & Ripa tradit Surdus consil. 151. n. 114. lib. 2. ubi n. 115. adnotavit, quod instrumentum cõtinens additiones, de quibus Notarius non attestatur, est suspectum; & in idem refert Castrensem, Cravetam, Curium juniorem, & Menochium, vide eundem Surdum in consil. 16. per totum, lib. 1. Hippol. Riminald. in consil. 381. ex n. 118. cum seqq. lib. 4. ubi latè agunt, an, & quando instrumentum cancellatū, interlineatum, abrafum, apostillatum, & diversa manu, vel atramento scriptum, auctum, diminutum probare possit, ubi de his mentio non fit per Notarium in subscriptione: & junge Tiberium Decianum in consil. 99. n. 1. & seqq. §. n. 10. 11. 12. & 15. vol. 2. ubi etiam agit, an apostilla in margine protocollis manu ejusdem Notarii, qui contextum scripsit, apposita fidem faciat: junge etiam Hippol. Riminald. in consil. 41. ex n. 29. usque ad n. 38. lib. 1. & in consil. 209. n. 101. lib. 2. ubi agit, utrum instrumentum rasum dicatur suspectum, si in parte substantiali sit rasum, & quæ dicatur pars substantialis, & ibidem n. 101. an protocollum cancellatum in partibus substantialibus fidem faciat. Denique & junge Sfortiam Oddi in consil. 78. n. 37. & 38. lib. 1. qui agit de omnibus superius dictis, & in dubio proposito sub num. 17. generaliter constituit, & cum aliis probat, quod instrumentum abrafum, interlineatum, cancellatum, & diversa manu, vel atramento scriptum, auctum, vel diminutum dicitur ita suspectum, ut in civilibus nullam fidem faciat; nec probationem; nullū tamen ex prædictis Authoribus refert,

qui, ut dixi, videndi erunt omnino; latius enim rem hanc explicantur: est etiam videndus Mafcardus de probationibus, tom. 2. conclus. 740. per totum. Azevedius, qui nullum ex præfatis recenset in l. 3. tit. 25. num. 60. lib. 4. recopil.

Quartò limitatur instrumentum, inquam, non probare, quando suspicio falsitatis oritur ex vicio latentis, aut visibili ipsius instrumenti; tunc enim sola suspicio falsitatis habetur pro falsitate, ne instrumentum fides detur, ut tradit Decius in consil. 448. n. 28. & in consil. 602. num. 7. Grammaticus in consil. 30. col. 1. & cum multis probat Mafcardus de probationibus, tom. 2. concl. 739. n. 5. 6. & 7. & conclus. 740. n. 4. & ultra eum, idem probant Bursatus in consil. 311. num. 89. & seqq. lib. 3. Sfortia Oddi in consilio 78, num. 38. & 39. lib. 1. ubi tradit exempla vicii latentis, aut visibilis, & superiorem doctrinam cum aliis utiliter declarat ibidem n. 40. 21. Primò, ut non procedat, cum suspiciones essent leves & fragiles.

Secundò, cum adessent probationes in contrarium, 22 ex quibus instrumentum ipsum coadjuvetur, quod coadjuvari potest testibus instrumentariis, & scripturis aliis.

Tertiò, quando si non probationes liquidæ, tamen 23 præsumptiones validiores adsint pro instrumento, quàm sint suspiciones, quæ contra instrumentum allegantur: quod etiam probavit, & multos sic tenentes retulit Bursatus in consil. 311. n. 78. lib. 3.

Quartò, quando accedit bona fama, & opinio Notarii, quæ est sufficiens præsumptio etiam sola ad tollendas plures alias suspiciones, quæ in contrarium occurrerent, ut eleganter probavit Baldus in consil. 464. libro 4. Bursatus ubi supra, n. 93. versic. respondeo quartò, & alii, quos retulit Sfortia d. consil. 78. n. 45. & 46.

Quintò & principaliter limitatur, ut instrumentum 25 non probet, decem casibus consideratis post alios Authores ibi relatos, & in unum congestos per Menochium de arbitrariis, lib. 2. casu 187. ex num. 34. usque ad n. 49. ubi multa adducit, ex quibus instrumenti falsitas, præsumptiove, aut suspicio falsitatis instrumenti arguitur, quæ etiam adducit, & præfationes quasdam generales facit, quæ inducunt justam suspicionem falsitatis, Mafcardus de probationibus, tom. 2. conclusione 740. per totum, his junge Petrum Surdum in consilio 173. per totum, lib. 2. Hippol. Riminald. in consilio 30. ex num. 38. lib. 1. & in consilio 260. ex num. 27. cum sequentibus, lib. 3. & in consil. 554. per totum, lib. 5. ubi optimè Tiberium Decianum in consil. 99. num. 15. 17. 18. 19. & 24. vol. 2. Petrum Gregorium in syntagmate juris, libro 4. cap. 14. per totum, quibus in locis ex professio tractant, qualiter, & quando, aut quibus ex causis instrumenti falsitas, aut falsitatis ejusdem suspicio arguatur.

Nunc verò tertio loco, & principaliter, ut alia 26 multa sciens, consulto que prætermittam, constituentum est, quod ex præcatis Authoribus etiam colligitur instrumenti falsitatem, vel quod deest in instrumento, probari posse per testes, per textum in cap. tertio loco, de probationibus, cap. cum Joannes, de fide instrumentorum, ubi Doctores omnes communiter, Speculator in titulo de probationibus, §. videndum restat, num. 25. Mafcardus de probationibus tom. 2. conclus. 741. Id tamen dupliciter contingere potest, si testes, vel instrumentarii, vel ex non descriptis contradicant instrumento, aut aliquo modo illud impugnent; quod plenè probantur quamplures, quorum statim mentionem faciam: ii omnes unanimiter dubitare solent, quot testibus instrumentum publicum reprobari possit, & cujus qualitatis, & conditionis esse debeant testes, cum instrumentum publicum impugnare, aut subvertere intendunt, & qualiter deponere debeant; & post ordinarios tractantur a deo plenè, & distinctè, ut coactus fuerim hujusce rei disceptationem aut disputationem prætermittere: inter alios tamen latè, & utiliter scripserunt Menochius de arbitrariis,

arbitrariis, lib. 2. casu 105. per totum, & lib. 1. præsumptione 99. num. 2. & seqq. & lib. 3. præsumpt. 141. ubi vide omnino. Decius in consil. 101. Socinus in consil. 28. col. 1. & in consil. 98. col. 1. vol. 3. Craveta in consil. 56. per totum, & in consil. 75. n. 8. & num. 20. 29. & 34. Alexander in consil. 43. Visis, col. 3. cum seqq. vol. 4. Jacobus Mandellus de Alba in consil. 139. ex num. 2. cum seqq. & num. 16. usque ad num. 21. lib. 1. & in consil. 324. ex num. 4. cum seqq. lib. 2. Mafcardus de probationibus tom. 2. concl. 919. per totum. Simon de Præcis in consil. 106. n. 29. & seqq. & in consil. 135. n. 20. Hieronymus Cardinalis Albanus in addit. ad Bartol. in l. 1. §. si quis neget, per totum, ff. quemadmodum testamenta aperiantur, Fulvius Pacianus de probationibus, lib. 1. cap. 40. n. 30. & cap. 48. numero 10. & cap. 66. numero 46. & sequentibus, & ex nostris multis additis ex jure communi, & Regio, optimè explicat Covarruvias practicarum cap. 19. numero 9. & cap. 20. num. 6. & variarum resolutionum libro 2. cap. 13. num. 11. & 12. quo vel solo Authore lecto, vera prædicti Anbii resolutio deduci potest. Menchaca de successuum resolutione lib. 1. §. 7. num. 29. & 33. & 34. & §. 17. per totum, ubi vide omnino Villalobos in antinomia juris civil. ac regul. litera I. ex num. 15. usque ad num. 21. folio mihi 27. D. Paz in praxi in initio, annotatione ult. de Tabellione, num. 33. 34. & 35. & 1. part. 1. tom. 8. tempore, n. 7. & seqq. Azevedius in l. 13. tit. 25. ex num. 35. lib. 4. nova collectionis Regiæ, novissimè Hieronymus de Cavallos practicar. communium. quest. 43. per totum, & quest. 45. Petrus August. Morla empirii, tit. 11. de fide instrum. quest. 5. Joannes Gutierrez in consil. 38. ad quos lectorem remitto, & Joannem Vincentium Honded. in consil. 99. per totum lib. 2.

- 29 Et primò colligitur ex eisdem aperte, instrumentum nullam fidem facere, sed reprobari omnino, cum testes in eo nominati dixerint, se instrumenti confecti non interfuisse: quod his diebus in causa mihi commissa sic observari, atque executionem denegari ex instrumento quodam in judicium productò decrevi, motus autoritate Bartoli sic dicentis in l. 1. §. si quis neget, n. 6. & ibi Angelus, Baldus, & Cumanus n. 3. ff. quemadmodum testamenta aperiantur, quos cum Covarruvia, & multis aliis sequitur Menochius de arbitrariis, lib. 2. dict. casu 105. num. 9. Alexand. Raudensis decis. Pisan. 12. n. 18. 19. & 24. Fulvius Pacianus, qui ex Innocentio concludentem rationem assignat, & multos alios refert de probationibus, lib. 1. cap. 48. num. 10. & num. 80. Deinde constituit, diversum jus observari, cum unus 30 testis instrumentarius contradicit, integro stante testium numero, licet in hoc etiam casu, instrumentum fidem vacillare, nonnulli crediderint, ut latius advertit, & verè resolvit Menochius dicto casu 105. num. 11. 13. & 16. & num. 25. & sequentibus, & vide Socinum in consil. 213. num. 15. vol. 2. Adverte tamen, quod si probatum fuerit, aliter scripserit. Notarium in instrumento, quàm à partibus dictum fuerit tempore actus celebrati, non inde inferri debere, eum per dolum dixisse, cum esse possit, quod per errorem: ita scribit Bartolus in l. quozies §. 1. per illum textum, ff. de heredibus instituendū, Alexander in consil. 74. Viso testamento, num. 4. lib. 1. Martilius dicens se hoc habuisse in facto apud Januam, in rubrica de fideiussoribus, num. 56. Alexand. Raudensis comprobans alios de analogis, lib. 1. cap. 31. num. 10. folio mihi 269.

- 32 Secundò colligitur, quod ubi contra instrumentum aliqua opponuntur, nullitatem, vel falsitatem respicientia, vel quid aliud simile, aut propter aliquas suspiciones extrinsecas, est in Judicis facultate, aut arbitrio, instrumentum fidem adhibere, vel non adhibere, ut per Baldum in l. scriptura, C. de fide instrumentorum, Felinum in cap. auditis, num. 23. de prescriptionibus, Abbatem in consil. 99. col. ult. vol. 1. Curtium juniorem in consil. 187. Jalonen in consil. 568. colum. 2. vol. 4. & latius tradit Jacobus Mandellus de Alba in consil. 70. n. 9. & in consil. 95. num. 8. Bursatus in consil. 211. num. 98. & Joan. del Castillo Quotid. Controv. Juris Tom. 11.

segg. lib. 3. & verè materiam hanc arbitrariam esse, five 33 Judicis arbitrium hac in re multum posse, re cõ agnoscant Mafcardus de probationibus, tom. 2. conclus. 740. num. 6. Menochius de arbitrariis lib. 2. dict. casu 105. & casu 187. Hieronymus de Cavallos communium practicarum, quest. 43. num. 13.

Tertiò colligitur, idque ex omnibus ferè relatis supra n. 28. quod probatio contra instrumentum debet esse manifestissima, & concludens, nec probatio præsumptiva sufficit, ut cum aliis Authoribus probantur Decius in consil. 101. colum. 1. & in consil. 602. colum. 3. Alexander in consil. 179. vol. 2. & in consil. 70. volum. 1. Berous in consil. 147. num. 34. vol. 2. & cum Grammatico, Cephalo, & aliis Franciscus Beccius in consil. 52. num. 7. lib. 1. Mafcardus sic intelligens cum criminaliter agit, de probationibus, tom. 2. conclus. 739. num. 3. Ratio est, quia Notarius habet præsumptionem juris pro se: ideò 35 liquidissime constare debet de falsitate contra eum, cap. ad audientiam, ubi Abbas, de præsumptionibus, Baldus in consil. 464. lib. 4. Alciatus regula 3. præsumpt. 13. in principio, Craveta in consil. 75. num. 8. Bursatus in consil. 311. num. 53. lib. 3. Pro instrumento etiam in dubio fit præsumptio, adeò ut cæteris etiam pluribus, vel in obscuro, semper contra falsitatis præsumptionem fiat interpretatio, ut supra hoc eodem capite ex num. 3. latissimè probavimus, & de communi, infinitis relatis testantur Bursatus dict. consil. 311. num. 63. lib. 3. Sfortia Oddi in 37 consil. 78. num. 84. & §. 50. lib. 1. ubi dicit, quod præsumptiones hinc inde, cum adsunt, tam contra instrumentum, quàm pro eo, ita ut possit dici res in obscuro manere, vel præsumptiones pares esse: tunc in dubio Judex instrumento adhærere debet, & pro eo judicare: idque per plures, & communes Doctorum traditiones, ut ibidem probat.

Quartò & ultimò colligitur, atque ex eisdem Authoribus relatis supra dict. num. 28. & sequentibus, instrumentum adversus nonnullas suspiciones de falso defendi posse multis modis, quos inter alios Authores, eruditè quidem, & utiliter consideravit Hippol. Riminaldus in consil. 58. per totum, lib. 1. qui hac de re videndus erit omnino, & illi jungi potest Sfortia Oddi dict. consil. 78. ferè per totum, lib. 1. Jacobus Mandellus de Alba consil. 10. & 139. Et hactenus de instrumento publico, & ejus fide: nunc verò de protocollo tantisper agere, & nonnulla observare necessarium erit.

Et in primis pro expedita explicatione constituo, in 39 strumentum publicum tripliciter considerari communiter; aut enim est protocollum, seu registrum; aut originale, vel authenticum; aut exemplum, sumptum, vel transumptum. Protocollum, seu registrum est illa scriptura, quæ à Tabellione conficitur, ut apud eum ad perpetuam rei memoriam remaneat, de qua per Justinianum in Authent. de Tabellionibus §. illud quoque, collatione 4. cap. quoniam contra falsam, de probationibus, cap. penult. de fide instrumentorum, l. 54. & §. 55. tit. 18 part. 3. & l. 13. tit. 25. lib. 4. nova collectionis Regiæ, ubi Protocollum, seu Registrum vocatur. Covarruvias practicarum, cap. 19. num. 2. per totum, ubi plenè explicat, quid sit protocollum, & unde originem habuerit, & ibidem de matricibus, ac matricula agit. Menochius etiam 40 de arbitrariis, lib. 2. centuria 2. casu 187. per totum. Marcus Antonius Eugenius in consil. 51. per totum, lib. 1. Hippolyt. Riminaldus in consil. 209. num. 42. & sequentibus, & n. 93. & sequentibus, & in consil. 197. num. 2. lib. 2. Surdus in consil. 197. lib. 2. Parladorius rerum quotidianarum, lib. 2. cap. finali, 1. part. §. 12. limitatione 2. n. 17. ubi agit, utrum protocollum in judicium productum, paratam executionem habeat. Simon de Præcis 41 de interpret. ult. voluntatum lib. 2. solut. 2. ex num. 60. fol. 195. Et de requisitis protocollis, ut sit legitimum, & solemne, atque ut ex illo instrumentum authenticum sumi possit, plenè scribunt Menochius, Riminaldus, 42 Surdus, & Parladorius ubi supra, qui hac de re videndi erunt omnino. Cagnolus etiam in l. si librarius, n. 33.



ff. de regulis juris, Oroscius in l. si quis ex argentariis, §. si initium, n. 67. Et tribus sequentibus ff. de edendo, Rebuffus 2. tom. ad leges Gallicas, in tit. ut contractus, ac testamenta, Et omnes alii actus Gallicis incipient verbis, art. 1. gloss. 4. Ancharanus in consil. 431. Ananias in consil. 33. Rubens, in consil. 94. Butrius in consil. 12. Est advertendum, Parisius in consil. 12. n. 19. Et sequentibus in consil. 27. n. 11. Et 12. vol. 2. Craveta in consil. 216. n. 5. Et sequentibus, ubi dicit plura in proposito, quæ secundum eum singulariter sunt notanda, tanquam lucici & quæstus plena. Rolandus in consil. 32. n. 13. Et sequentibus, vol. 2. Et in consil. 26. ex n. 12. cum sequentibus, vol. 3. Et in consil. 44. ex n. 25. vol. 1. Bertrandus in consil. 1. n. 76. Et sequit. vol. 1. Et in consil. 190. ex n. 2. vol. 3. Et in consil. 61. n. 5. cum sequit. eodem vol. Cephalus in consil. 238. n. 10. cum sequit. lib. 2. Simon de Practis de interpretatione ultimæ voluntatum, lib. 2. dubitat. 2. à n. 56. fol. 195. & commendo Grammaticum in decis. 106. ubi de protocollo, requisitis, atque effectibus illius, multa cumulat, quæ alibi ita plene non sunt resoluta, vide etiam omnino Burgos de Paz in consil. 14. ex n. 4. usque ad 10. Ex eo autem, & aliis relictis supra, deducuntur sequentia.

43 Primò, protocollum, seu registrum, ut fidem faciat, & solemnè sit, atque ut ex illo authenticum instrumentum sumi possit, continere debere omnes solemnitates in instrumento publico requisitas: quod in terminis sic notarunt Joannes Andreas in addition. ad Speculatore, in titulo de instrumentorum editione, in §. videndum, Abbas in cap. cum P. Tabellio, de fide instrumentorum. Guido Papa decis. 19. qui postquam allegavit Cinum, Bartolum, & Baldum ita tenentes, ait ita fuisse per Curiam Delphinalem determinatum, Franc. Marc. decis. 163. n. 14. part. 2. Et decis. 231. n. 1. Et 2. part. 1. Craveta in consil. 216. ex n. 5. Ananias, Parisius, & Rolandus in locis relictis supra, n. precedenti: Bertrandus in consil. 61. n. 7. Et sequentibus, vol. 7. Et in consil. 1. n. 78. vol. 1. Chalfaneus in consil. 63. n. 31. Corneus in consil. 226. n. 4. per totum, vol. 3. & apud nos hodie qualiter confici debeat, expressum est in l. 13. tit. 25. lib. 4. novæ compilationis; & si protocollum sit perditum, vel originale, an instrumentum stetur, & an præsumi debeat, quod sit perditum post Alexand. & Felin. vide Simonem de Practis ut supra, lib. 2. decis. solut. 2. n. 68. folio 195.

45 Secundo deducitur, instrumentum desumptum ex protocollo, seu registro vitioso, & non solemnè, nullum esse, tanquam extractum, & productum à radice infecta, & vitiosa. Ancharanus in consil. 431. colum. 1. Berous in consil. 1. n. 12. vol. 2. Corneus in consil. 70. col. 2. vol. 4. Parisius in consil. 27. n. 13. Et 14. vol. 2. Rolandus decis. 32. n. 26. Et n. ult. lib. 2. Et in consil. 44. num. 16. lib. 1. Purpuratus in consil. 172. in fine, lib. 2. Cephalus in consil. 409. n. 2. lib. 3. Hippol. Riminaldus in consil. 109. lib. 2. ubi n. 100. actum videbis, an protocollum cancellatum, seu vitiatum in partibus substantialibus fidem faciat, necne, & Junge Menochium de arbitrariis, lib. 2. decis. casu 187. numero 17. Marcus Antonium Eugenium in consil. 51. numero 11. Et num. 14. lib. 1. Simon de Practis ubi supra, numero 56. Et 57. fol. 195. Erit autem apud nos vitiosum, si non contineat ea, quæ in decis. l. 13. tit. 25. lib. 4. novæ collectionis Regiæ exprimentur, de qua tantum vide Burgos de Paz decis. consil. 14. ex n. 4. cum sequentibus.

47 Tertio deducitur, protocollum seu registrum penes Tabellionem servari, nimis necessarium esse; tum ut parti exhibeatur, cum necesse fuerit, juxta ea, quæ plenè adnotantur per Covarruviam practicarum, cap. 21. tum etiam, ut cum ipso protocollo conferri possit instrumentum extractum, si aliquando de ejus fide, aut auctoritate dubitari contingat, nam, ut inquit Bertrandus in consil. 415. n. 1. vol. 4. Et in consil. 55. n. 1. vol. 3. Et in consil. 219. n. 8. vol. 2. quoties de viribus instrumenti dubitatur, recurritur ad protocollum, tanquam ad 48 fontem & matricem §. penult. in Authent. de Tabellioni-

bus, & notat Bartolus, Baldus, Imola, & Cumanus in l. Sempronio Proculo, ff. de legatis secundò. Marcus Antonius Eugenius in consil. 51. n. 10. vol. 1. Azeved. in l. 12. tit. 25. lib. 4. compilationis, n. 9. Et 10. Idque optimè consideravit l. 9. tit. 19. partit. 3. in illis verbis: E por esso la mandamos escrivir en el registro, por que si la carta se perdiera, o viniere alguna duda sobre ella, que se pueda mejor probar por alli. Et videtur sentire l. 12. tit. 25. l. 4. novæ collectionis Regiæ. Et hætenus de protocollo, aut registro: Originale verò, vel authenticum instrumentum dicitur prima scriptura, quæ ab eodem tabellione à partibus rogato, et protocollo à se confecto extrahitur, & partibus editur, de qua loquitur textus in l. 2. ff. de fide instrumentorum, in l. finali, ff. quemadmodum testamenta aperiuntur, l. census, ff. de probationibus l. 4. l. Pomponius ff. familie Eriscunde, cap. 1. de fide instrumentorum, Covarruvias practicarum, cap. 19. n. 3. Parladorius rerum quotidianarum lib. 2. cap. finali, 1. part. §. 12. limitat. 2. num. 21. Nec potest amplius quam semel dari partibus, nisi casu amissionis probato coram Judice, & ipsius auctoritate, & partis citatione interveniente, ac denique concurrentibus his, quæ adducit Covarruvias practicarum, cap. 26. num. 4. Modernus in consuet. Parisiens. tit. 1. §. 5. n. 42. & confirmat l. 10. tit. 19. partit. 3. l. 17. tit. 25. l. 4. novæ collectionis Regiæ ubi vide Azevedum, & de hoc instrumento primò extracto loquuti sumus supra, ex num. 1. usque ad n. 39.

Nunc verò de exemplo sumpto, vel transumpto agendum est: Et pro brevi, veræque explicatione constituo, exemplum sumptum, aut transumptum, dici scripturam, quæ ab originali extrahitur, five etiam ex protocollo extracta, quæ originalis non sit, quæ regulariter nullam fidem facit, nisi authenticum, aut originale ipsum instrumentum ostendatur: Idque ex juris utriusque regula, quæ definitum est, non esse adhibendam fidem in judicio, exemplis instrumentorum, nec exemplaribus, per textum in c. 1. de fide instrumentorum, l. 2. ff. eodem tit. l. procurator, C. de edendo, secundum intellectum glossæ finalis, l. ult. ff. quemadmodum testamenta aperiuntur, l. 3. C. de diversis rescriptis, l. 114. in fine, Et l. 44. tit. 18. partit. 3. l. 2. tit. 14. partit. 6. & plenissime declarant post ordinarios in multis locis relictos, Gregorius Lopez in decis. legibus partit. Curtius junior in consil. 166. lib. 1. Romanus singulari 376. Et 716. Arnoldus singulari 50. Pratejus lib. 9. regula 434. Socinus regula 136. Dueñas regula 280. Lanfrancus de Oriano in tractatu de instrumentis, in 9. volum. tractatum, num. 11. Et sequit. Modernus in consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 5. ex n. 33. Craveta in consil. 275. Covar. practicarum, cap. 19. num. 2. Et cap. 21. per totum. Padilla in l. 3. C. de diversis rescriptis per totam l. ubi vide omnino, Rolandus in consil. 69. num. 54. Et sequit. vol. 3. Parladorius rerum quotidianarum, lib. 2. cap. finali, 1. part. §. 12. limitatione 2. Pet. Augustin. Morla emporij, tit. 11. de fide instrumentorum, quest. 1. Cephal. in consil. 268. num. 5. lib. 2. qui ex Innocent. Baldo, Jafone, Alexan. & aliis, veram præfatæ resolutionis rationem assignant, dum dicunt, scripturam Tabellionis non probare nisi in his, in quibus ipse interfuit, & de quibus fuit à partibus rogatus, authent. de tabellionibus, §. nos autem, collatione 4. Unde cum is Tabellio, qui exemplum transumpsit, non fuerit præfens, neque rogatus tempore contractus, imò alius sit diversus ab eo, qui instrumentum primum confecit, meritò fides illi non adhibetur; nam etsi verè, & fideliter transumpserit, non potest ipse fidem præstare, quòd partes voluerint & rogarint, ut conficiatur, ut etiam adnotarunt Alexand. in consil. 10. col. fin. lib. 6. Federicus de Senis in consil. 193. Boerius decisione 36. num. 4. & decisione 37. n. 3. Guid. Pap. decisio 19. Afflictis decisio 245. num. 7. & decis. 48. num. 3. Et decisio 317. num. 4. Decianus, multis modis declarans; idcirco videndus omnino in consil. 24. ex num. 23. cum multis sequit. vol. 1. & in consil. 180. vol. 2. Molina de Hispanor. primog. lib. 3. c. 13.

ex n. 44. cum sequit. Arifminus Tepatus variar. juris senten. lib. 1. tit. de fide exempli, fol. 280. Natta in consil. 142. num. 5. Et in consil. 262. nu. 14. part. 1. Bertrandus in consil. 48. nu. 35. vol. 1. Craveta in consil. 88. n. 20. Et 21. Cephal. in consil. 200. n. 13. & in consil. 294. n. 36. lib. 3. Cagnolus in l. si librarius, num. 74. ff. de regulis juris. Ubi multis ostendunt, Notario credendum non esse, nisi in his, quæ tempore, & loco celebrati contractus inter venerunt coram eo, & de quibus per sensum visus, vel auditus testificari possit; & inde fidem adhibendam non esse Tabellioni dicenti, cum traducit instrumentum ex aliena nota, talè defunctum Notarium illud notasse, & recepisse: & confirmatur pulchris verbis Parisii in consil. 12. nu. 136. Et 137. vol. 2. ubi dicit, quòd Notariis pluribus asserentibus se vidisse, & auscultasse instrumentum manu talis Notarii descriptum, non abolitum, &c. non inducitur probatio de hoc, etiam si tenor talis instrumenti inferatur per eos: quod in effectu dixit etiam Molina de Hispanor. primogeniis, lib. 3. cap. 13. num. 48. Decianus in consil. 24. n. 24. lib. 1.

55 Exemplum autem, ut probet, quæ formâ, & qua solemnitate sit transcribendum ex originali, aut ex protocollo, & quæ intervenire debeant in actu prædicto, plenè explicarunt Covar. practic. decis. cap. 21. n. 4. Et sequit. Parladorius loco relato supra n. 52. in fine limitatione 2. n. 18. in fine, Et n. 19. Aviles cap. 19. prætorium, gloss. irasladen, Et c. 6. gloss. copia n. 4. Padilla in d. l. 3. C. de diversis rescriptis, ex n. 5. Afflictis decis. 6. dicens octo requiri ut instrumentum traduci possit, & illa sigillatim referens, Et lib. 1. consil. Neapolit. tit. 73. nu. 59. Et 60. Natta in consil. 143. lib. 1. Roland. in consil. 69. n. 57. Et 58. vol. 3. Et in consil. 32. n. 21. Et sequit. lib. 4. Gratus in resp. 57. n. 20. vol. 2. Et in resp. 37. n. 37. vol. 1. Jacobus Mandellus de Alba in consil. 101. ex n. 4. Pratejus lib. 9. regula 434. Boerius decis. 36. Bertrandus in consil. 290. ex n. 6. vol. 3. Et in consil. 19. n. 1. vol. 1. Et in consil. 229. n. 2. vol. 6. eleganter Decianus in consil. 18. à princ. usque ad n. 18. lib. 2. Burfatus in consil. 123. n. 10. lib. 1. item Decianus in consil. 24. ex n. 27. lib. 1. Colligitur autem ex prædictis Authoribus resolutio quorundam, quæ valde utilia, & necessaria sunt, & in praxi frequenter contingunt.

56 Primò, utrùm exemplum nimis antiquum ex originali instrumento traductum, propter antiquitatem exemplationis, fidem, aut probationem faciat, etiam si de solemnitate traditionis non appareat, de quo vide Covar. practicar. decis. c. 21. n. 7. Padillam in decis. l. 3. C. de diversis rescriptis, num. 13. Et 14. ubi etiam explicat, quando instrumentum dicatur ab antiquo confectum. His Junge Molin. de Hispan. primogeniis, lib. 3. cap. 13. n. 49. ubi numeris præcedentibus probavit, ex exemplo Majoratus præfati non posse remedium possessorum, de quo in l. 45. Tauri nisi appareat originale, vel exemplum ex mandato Judicis cum partis citatione ab ipso originali sumptum, idque ratione aut doctrina superius dicta: quòd exemplum regulariter non probat, nisi fuerit sumptum auctoritate Judicis, & cum partis citatione, postmodum verò d. n. 49. dicit in casu contingenti vidisse à supremo Castellæ Consilio, præfatum bonorum Majoratus possessionem ex quodam exemplo Primogenii antiquissimo, quod penes ultimum Majoratus possessorem inventum fuit, & quod tanquam vera scriptura Majoratus fuit semper observatum, & cui etiam plura alia veritatis adminicula assistebant. Junge etiam Decianum in consil. 24. ex n. 27. lib. 1.

57 Secundo, utrùm in dubio præsumendum sit, citationem partis intervenisse, quæ necessaria est cum exemplum transcribitur: de quo vide Padillam in decis. l. 3. C. de diversis rescriptis, n. 8. Decian. ubi supra, usque ad n. 47. ubi quid, si simus in antiquis.

58 Tertio, utrùm exemplum desumptum ab eodem Notario, qui originale confecit, plenam fidem faciat? In quo dubio partem affirmativam, scilicet plenè probare, videtur tenere Bart. in l. si quis ex argentariis, §. prætor, Joan. del Castillo Quotid. Controv. Juris, Tom. II.

ff. de edendo, per illum textum intelligendo, prout inducit Padilla, quem statim referam: idem Bartolus in leg. Sempronio, ff. de legatis 2. Baldus, & Aretinus, per illum textum in l. unum, ff. de testamentis, Bartolus in princ. oppositio 2. Salicetus n. 3. Alexan. n. 5. Jafon n. 3. Curtius n. 11. & Purpuratus n. 24. in Authent. si quis in aliquo documento, C. de edendo quos sequitur Padilla in d. l. 3. C. de diversis rescriptis, n. 4. & ultra eum Modern. Paris. qui in proposito cæteris aliis elegantius loquitur in consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 42.

Nec urget in contrarium textus in l. 1. §. sed si unum, 59 ff. de bonorum possessione secundum tabulas, qui exp. ndi solet ab aliis, quasi contrarium probet, dum dicit: C. de si unum fecerit quasi testamentum testator, aliud quasi exemplum: si quidem id extat, quod voluit esse testamentum, bonorum possessio petetur: si verò id quod exemplum erat, bonorum possessio peti non poterit, ut Pomponius scripsit. Nam verè textus ille loquitur in exemplo, quod quamvis ab ipso testatore confectum fuisset, simplex tamen erat, nec ab eodem Tabellione signatum: idcirco nullam fidem facere potest, ut advertunt Glossæbi verbo, exemplum, Alexand. in d. l. unum, ff. de testamentis, Decius in decis. authent. si quis in aliquo documento, n. 14. Modernus Paris. decis. §. 5. n. 42.

Denique tandem, & quarto loco, instrumentum faciens mentionem de alio regulariter non probare, per text. in decis. authent. si quis in aliquo documento, C. de edendo, ubi Doctores communiter, & latè equidem explicarunt, Covar. practicarum, decis. c. 21. n. 2. vers. quod si fiat. Mascardus de probationibus, tom. 2. conclusio 923. per totam, Petrus Augustin. Morla emporij, tit. 11. de fide instrumentorum. quest. 1. n. 23.

CAPUT XVII.

Ad ornatum Legis; Hæreditas &c.

Ex l. hæreditas, 53. ff. de petitione hæreditatis, ubi quamplurimorum Authorum traditiones ex illa lege sumptæ improbantur; aliorum verò placita distinctè magis quam hætenus explicantur: eum qui nulla bona reliquit, testari non posse in effectu, neque ejus hæreditatem dici, si nihil sit in qua succedi possit? cum Fulgofio, & aliis tendendum, coacta ratione demonstratur, & verissimo ejusdem legis intellectu adducto, nonnulla, & noviter & vere adnotantur per Authorem in hac materia, quæ oullus antèa sic consideraverat,

SUMMARIUM.

- 1 Papiniani Jureconsulti verba, quæ continentur in l. hæreditas, 53. ff. de petitione hæreditatis, referuntur.
- 2 Testari posse, & hæredè scribere eum, qui nulla bona reliquit, neque corporalia, neque incorporalia, atque ejus hæreditatem non improprè dici, ex sententia multorum Authorum, qua improbat, infra, ex v. 4. cum seq.
- 3 Antonij Gomezij, & aliorum Recentiorum distinctio adducitur, ut scilicet testari non possit, qui nulla bona habet, nec habere potest actu, & potentia; ille verò, qui de facto nulla bona habet, tamen potentialiter potest habere, testari possit; & de ejus veritate agitur infra n. 10.
- 4 L. nihii aliud, ff. de verborum significatione, verba, contra sententiam propositam supra n. 2. optimè, & verè ponderata.
- 5 Et resolutio quorundam, quæ ex mente Antonij Gomez descendit, novè improbat per Authorem.
- 6 Nonnulla jura expenduntur, quæ contra superiorè opinionem velut expressa sunt: probant enim aperte contrarium assumptum, ut hoc n. adnotatur, & seq.